LA QVERELLA, Y DENVNCIACION QVE EL DOTOR ANTONIO SEGVRA, Y MANDIOLAZA HA DADO CONTRA EL ILVSTRE Señor Doctor Orencio Luis Zamora Lugarteniente consiste en dos puntos solamente.

EL primero es, que en el processo de aprehension, intitulado *Doctoris Ioannis Vincentij la Serrada*, repelió la proposicion de Ioseph Segura su hermano, por el motiuo que abaxo se pondrà. y aunque obtuuo sentencia en fauor con quatro votos, le ha denunciado, porque en la Audiencia Real, adonde està la misma causa en grado de apelacion, le parece le es de encuentro, ò que le haze falta el voto del señor Lugarteniente.

El motiuo es como se sigue. ET dictus Dominus Doctor Orentius Ludouicus Çamora fuit voti, quod tenetur pronuntiare, & in bonis in fine præsentis appellitus confrontatis, mandare fieri contenta in propositione pro parte Doctoris Ioannis Vincentij de la Serrada, prin. Ioannis Francisci del Rio Proc. in præsenti processu oblata, præstita prius cautione forali, cæteris propositionibus reiectis, & repulsis, reseruatis iuribus, reseruari suplicantibus, neutram partium in expensis condemnando, cætera suplicata locum non habere. EX EO, & aliàs modo quo in sententia pronuntiandum censui, quia constat vtique de titulo, & possessione Doctoris Vincentij de la Serrada ad obtinendum in hoc processu, & iudicio in bonis apprehensis; ille namque Canonicè per Capitulum Ecclesiæ Oscen: fuit electus siue prouisus, ac etiam institutus in Canonicatu, & Præbenda litigiosa, quæ vacauerat per obitum Doctoris Hieronymi Arasques vltimi possessoris, ac in eius possessione actuali reperitur, ex quo sequitur propositionem Iosephi Segura & Mandiolaza reijciendam fore provt reijcio, quia licet ipse eandem Canongiam impetrauit à Romano Pontifice, tamen gratiam illam obtinuit cum narratiua generali, quod Capitulum dictæ Ecclesiæ non fecit electionem de persona idonea, nec capaci, & sic absque speciali, seu indiuidua expressione dictæ incapacitatis, ex quibus prætenditur subreptitiam fuisse gratiam, & impetrationem ex defectu voluntatis Pontificiæ: & quidquid de vitio, & nullitate huiusmodi Bullarum contingat ex alio capite eius propositio reijcienda venit, videlicet quia in gratiosis omnia narrata sunt coram Executore verificanda, & interim quod non verificantur perinde est, ac si gratia fuisse surreptitia, quæ non fuerunt verificata: & sic *Motiuo.*

ei titulus, & possessio deficiunt, quæ necessario concurrere simul debent ab obtinendum in causis beneficialibus in hoc iudicio. Nec difficultas ista subterfugi potest, ex eo quod prætensam incapacitatem Doctoris Vincentij de la Serrada conatur ille fundare in eo, quod est filius Francigenæ, & vt talis à foro impeditus tanquam extraneus, & alienigena Beneficia, Dignitates, & Prælaturas posidere retinere vè. Nam & à contrario idem la Serrada excepit dicendo, quod eius pater fuit natus, & oriundus ab opido de Lasa sitto in Regno Nauarræ interioris dicto Diui Ioannis Pedis Portus, & vulgariter *Nauarra la baxa*, ad quod probandum plures testes pro vtraque parte adducuntur, & similiter instrumentis eorum intentio respectiue coadiubatur: Sed in hoc probationum conflictu cui magis sit standum non insistam, simulque omitam decidere, siue iudicare an filij, & nepotes descendentes à prædictis hominibus de Nauarra la baxa, vti veri vassalli Regis Christianissimi sint comprehensi in dispositione fori noui vti filij, & nepotes Francigenarum, vel an conseruent adhuc honores, & priuilegia vasallorum Domini nostri Regis, sub cuius Corona, seu dominatione antea fuerunt, quousque per inuictissimum Dominum Imperatorem Carolum Quintum fuit illud Regnum vassallis inuitis, & reluctantibus dimissum, siue derelictum, & inde postmodum à Rege Franciæ præoccupatum, ac eius Coronæ vnitum, ex quo verum erit dicere illos Francigenas esse; Nam his prætermissis citra veri præiudicium data hipothesi, quod hi similiter comprehenderentur sub dicta prohibitione fori, adhuc in hoc casu ob defectum possessionis, & tituli dictus Segura excludendus venit Nec ei suffragari potest, quod gratiam exequi, seu verificare impeditus fuerat virtute cuiusdam iurisfirmæ per Doctorem la Serrada obtentæ in vim capitis causæ omnes Concilij Tridentini, & executori præsentatæ, & quod sic contra impedientem debuit haberi gratia pro verificata: Nam illud impedimentum cum sit forale, & iuridicum, non debet ei prodesse, quia solum impedimentum ex facto impedientis proueniens potest contra ipsum pro verificato haberi. Nec rursus obstat, quod ex dictis dispositionibus foralibus anni 1646. sub titulis, *de Prælaturis, & quod extraneus à Regno* filij, & nepotes Francigenarum quoad beneficia, & officia reputantur alienigenæ, ac data suppositione quod Doctor la Serrada ex supradictis sit cõprehensus in eis cum titulus ei vti extraneo, & alienigenæ fortiter resistat non erit manutenibilis eius possessio, cum, & cuilibet de populo, & procuratori Regni in his casibus permittatur apprehendere beneficium, & contra actualiter posidentem alienigenam obtinere iste debeat, & sic à fortiori dictus Segura etiam si titulo & possessione careat obtinebit; Nam huic obiectioni in quo tota difficultas consistit ocurram animaduertendo, quod ista dispositio, seu noua lex, eo quod est exorbitans, & aliarum correctoria strictissimè interpretanda erit, vt tantum in casu expresè correcto locum sibi vindicet, & non protrahatur ad alios etiam similes cum argumentum à paritate, nec maioritate rationis admitti valeat contra ius, iste namque forus nouus venit in correctionem aliorum, siquidem vere natos in Regno ab huiusmodi beneficijs repellit. Igitur licet in hac parte obseruari debeat, non tandem inde sequitur, nec in consequentiam venit, quod & similiter

ob-

obseruetur alterum speciale contra eos, vt in hoc articulo, & iuditio etiam obtineat nullum habens titulum, neque possessionem, quæ duo specialia essent, ex longè diuersis dispositionibus foralibus antiquis prouenientia. Nam quod alienigenæ excludantur penitus à beneficijs, fuit statutum in foris sub titulo *de Prælaturis* à D. Regina Maria in Villa de Maella sub anno 1423. Et quod quælibet persona particularis, & Procurator Regni sit pars legitima ad apprehendendum, simulque obtinendum fructus dictorum beneficiorum disponitur in foro ædito à dicto Domino Imperatore Carolo Quinto in Curijs Montisoni celebratis anni 1553. vnde hæc duo specialia ob dictas sanctiones & leges proueniunt in longè diuersis tempore, & Curijs æditis. Vnde sicut à principio vnum potuit stare sine alio, ita similiter in præsenti potuit dari correctio prioris antiqui fori quo ad inhabilitandas personas, & nõ dari respectu posterioris æditi Montisoni, in quo correctio distincta datur scilicet fori *Por quanto de apprehensionibus*, vbi in causis beneficialibus possessio debet cum titulo iustificari. Et si obijciatur quod dictus forus nouus venit addendo antiquis foris, & quod additamentum sequitur naturam eius cui adijcitur, etiam in penalibus, vel æquiparãdo istas personas veris natis extra Regnum, & æquiparatorum eadem est dispositio cũ omnibus suis qualitatibus. Respondetur quod eæ & similes regulæ non procedunt, quando id quod adijcitur, vel æquiparatur est correctorium alterius legis, & fori, nam vt prædiximus contra regulas iuris non valet argumentum à paritate, nec à maioritate rationis, vltra quod novus forus solum corrigit, & addit quo ad prohibitionem obtinendi, posidendique beneficia, non vero quo ad id quod eadem apprehendi, & obtineri posint à non habentibus titulum, neque possessionem, quia de hoc neque verbum aliquod profertur in huiusmodi correctione, vel addictamento. Vlterius respondetur verba illa, *añadiendo a dichas disposiciones forales*, non collocari sub foro *de Prælaturis* in quo filij, & nepotes Frãcigenarum remouentur à Beneficijs, & Dignitatibus Ecclesiasticis, sed in foro sequenti, in quo ab officijs sæcularibus huiusmodi personæ etiam excluduntur: & sic est distincta dispositio quo ad personas, & res; Nec ad contrarium sentiendum nos conducere possunt, verba illi dicti fori, *Beneficios, ni Dignidades*, quæ licet Ecclesiastica regulariter intelligantur, tamen ibi, secundum subiectam materiam, non nisi sæcularibus officijs, & Dignitatibus applicari possunt, quod comprobatur ex sequentibus. Primo, quia iam in foro antecedenti de Ecclesiasticis Beneficijs disposuerat sub certo foro, & peculiari titulo *de Prælaturis*, igitur superflua esset de eisdem repetitio, nam in legibus à supefluitate verborum, maximè est cauendum. Denique titulus, seu rubrica illa sub qua sunt posita dicta verba, *quod extraneus à Regno, & de alienigenis ad officia non admittendis*, ex duobus illis titulis antiquis depromitur, *quod extraneus à Regno non posit habere officium in Regno*, & titulo *de alienigenis ad officia non admittendis*, ac in illis, nec altera illarum nulla de beneficijs, nec personis Ecclesiasticis expresio fit, sed tantum de oficijs, & personis sæcularibus. Et sic ex rubro nigrum declaratur. Rursus illa verba dicti fori, *añadiendo a dichas disposiciones forales*, non referuntur ad dispositionem fori proximi antecedentis *de*

Prælaturis, sed ad dispositiones forales, quæ sub duabus illis rubricis, siue prohemijs *quod extraneus à Regno*, & altera illa de *alienigenis* continentur, in quibus rectà potuit cadere subiecta materia, vlterius hoc idem expresse suadetur ex alijs verbis, *aunque sean nacidos en el Reino, y esten casados en el con hijas de naturales del Reino*, quid enim absurdius dici potuisset: quam quod coniugati non possent obtinere Dignitates, nec Beneficia si ad Ecclesiastica protraherentur verba illa? & denique verbum, *Beneficios, ni Dignidades*, quod de sæcularibus intelligantur, probatur per illa continuo sequentia, *aunque sean de Terminos, ò Congregaciones*, quæ iuncta leguntur, & sensum faciunt: *No puedan, ni sean capaces para tener Oficios, assi de Iusticia, como de administracion, ò gouierno, Beneficios, ni Dignidades, aunque sean de Terminos, ò Congregaciones*, quia Beneficia, & Dignitates Ecclesiasticæ impropriissime darentur terminorum. Ex quibus omnibus apparet nullo iure, & foro fundari posse, quod dictus Segura obtinere possit sine titulo, & possessione contra actualiter possidentem. Nec magis refragatur, quod quando quis allegat, & probat possessionem alicuius rei, & cōtra eum in tali possessione, & iure resistit fortiter titulus, & vehemēter ius commune, prout facta dicta suppositione resistit dicto la Serrada, non debet conseruari in sua possessione: nam ex hoc minime sequitur, quod debeat obtinere, qui nec possessionem, nec titulum habet qualis dictus Segura; & pro coronide facit quod sine titulo, & sine possessione admittitur quis iuxta antiquos foros quando solum apprehendit ad finem conseruandi fructus, non vero quando intendit eos proprios sibi facere, vt intendit dictus Segura. & ex alijs art. cont.

El segundo punto es, que el Dotor Segura en nombre de su hermano pidio vna firma, cuyos meritos eran los Fueros que se expressan en los motiuos, con la insercion dellos, pidiendo en la inhibicion que en este processo no se contrauiniesse a dichos Fueros, que en efecto era inhibir, y embaraçar la apelacion, y obligar a la Real Audiencia a que confirmasse la sentencia de la Corte, quitarle el libre conocimiento, y censura, q̄ como Iuez del recurso deue tener: y el ver si en esse processo se ha de juzgar cōforme essos Fueros antiguos, ò no, que es lo mas principal, y altercado desse pleito; la qual firma por dichas razones, y otras que della misma resultan, denegò el señor Lugarteniente.

La inhibicion es como se sigue.

Inhibicion. INHIBIR, è inhiba a dichos, y arriba nombrados, señores Iuezes, Oficiales, Ministros, y personas, no contrauengan, ni contrauenir hagan, ni mā den a dichos y arriba recitados Fueros en los art. 2. 3. 4. 5. y 6. de la presente firma en el processo actitado en la presente Corte, que se aprehendiò a instancia del dicho Dotor Iuan Vicente la Serrada dicha Canongia, y assi en primera instancia, como en grado de apelacion, que vacò por muerte del Dotor Geronimo Arasques, y en los processo, ò processos, y causas actitados, ò que se actitaren en la presente Corte, ò dicha Real Audiencia, ò otros Tribunales, en que se tratare de dicha Canongia, que tiene, y possee el dicho firmante, que vacò por muerte del dicho Dotor Geronimo Arasques, assi en primera instancia, como en grado de apelacion, assi contra dicho

cho ſu principal, como a ſu inſtancia, ni en el otro dellos, ni contrauengan a parte alguna de dichos Fueros, ni hagan, ni manden hazer otros enantos, ni diligencias perjudiciales, &c.

A mas de no tener otra cauſa, ni fundamento eſta denunciacion que lo arriba dicho, es notoriamente nula, por auerla dado el dicho Dotor Segura como Procurador de ſu hermano, con vn poder que aquel otorgò en blanco a 22. de Agoſto de 1644. eſtando para irſe a Roma, quando aun el ſeñor Orencio Luis Çamora denunciado no era Lugarteniente, ni eſtauan hechos los Fueros que prohiben a los hijos, y nietos de Franceſes naturales del Reyno el tener Beneficios Ecleſiaſticos, porque eſſo ſe prohibio en las Cortes que ſe celebraron en Çaragoça el año 1646. y antes que ſe diera ſentencia en dicho proceſſo de aprehenſion, que fue a 12. de Setiembre de 1650. y que ſe propuſiera la firma que ſe ha denegado, que fue a 19. de Febrero deſte año 1652. la vltima denegacion, y el poder de que ha hecho fe, ſe minutò y reglò el primero de Abril deſte año. Y aun eſſe auiendoſe reglado para eſta denunciacion, y pueſto en la nota del dicho dia 22. de Agoſto de 44. no es baſtante, porque es general, ſin nombrar los caſos de la dicha denunciacion ni la perſona del ſeñor Lugarteniente denunciado, y por el Fuero ſo la rubrica *Enqueſta del Iuſticia de Aragon*, en el verſ. *Los Inquiſidores*, ſe requiere que el poder para denunciar ſea eſpecial para el caſo de la denunciacion; y tampoco ha traido, ni moſtrado deſde q̃ ſe hizo el poder que han paſſado cerca de ocho años, fe de vida del otorgante, y puede ſer que ſea muerto. Con que por eſto, y no auerſele ſeguido daño, ni menoſcabo alguno por el motiuo, ni por la denegacion de la firma, que conforme a Fuero es preciſſo que le tenga, y verifique el que quiſiere denunciar, y otras nulidades que reſultan del proceſſo, como ſon, la inhabilidad del Notario actuario, que la miſma parte la confieſſa, el no auer jurado el Procurador ad lites, ni las fianças, no auer podido preſtar el juramento de calumnia (que es neceſſario) con dicho poder otorgado tantos años, y tiempo antes que ſe introduxeſſen los pleitos, y las cauſas que los han ocaſionado: no auer conſtado de la auſencia, ni otro impedimento del principal, que no teniendole, y en caſo que viua, eſtaua obligado a dar por ſi la denunciacion, que todos ſon requiſitos de Fuero, ſe manifieſta el buen deſeo del Procurador que le ha dado.

El Dotor Pedro Ioſeph Ordoñez.